
~~[illegible]~~ Delarue

Geometrie de ~~[illegible]~~

par Delarue

NOVA
GEOMETRIA,
PRACTICA
SUPER CHARTA
ET SOLO.

LIBELLUS in quo nova traditur Methodus, cujus ope facilis ſit ac brevis, ad ſumma hujuſce Scientiæ faſtigia, curſus.



AMSTELODAMI.

Apud GEORGIUM GALLET.

M. DC. XCII.

[illegible]

[illegible] dans la construction [illegible]

[illegible]

[illegible] 1837

DOMINO

MARCHIONI

DE

SEIGNELAY.

QUòd mei erga Te, Studii & obſervantiæ, oblato Tibi hocce libello, publicum extare argumentum velim, nemo eſt, ut arbitror,

Nobiliſſime Seignelay, qui factum malè exiſtumet. Scio; ut plurimùm accidit, ut illis hujus modi munuſcula parùm conveniant quibus deſtinantur; verùm enim verò, ut in me ſimilis reprehenſio cadat, nîl eſt periculi. Et ſanè, tantam de Te, acutiſſime Seignelay, Noviſſimo iſto ac celebri examine publico, exiſtimationem dediſti, tam evidentia exquiſitiſſimi judicii argumenta, ut & ingenii ad ſublimiores Scientias nati, imprimis verò ad Mathematicam Diſciplinam; ut Tuum Te patrocinium & clientelam, meo libello, qui præcipuam hujus Scientiæ partem tradit, non denegaturum, confidere non dubitem. Et profectò, tot inter liberaliores occupationes, quibus animum Tuum exerceri, & magis ac magis perfici, aliquantiſper adhuc, par eſt: Nonne Geömetriæ ſtudio, Te aliquot horas tui temporis deſtinare oportet? Num-

Numquid ad magna illa munia, quæ Tibi certò deſtinantur, iſtâ ſcientiâ conſecrandus es? ut pote cujus ſine ope & Regulis, Domi militiæque, nîl Architectonica effectum dare poſſit; corruant urbium munitiones; & Monumenta illa publica quæ magnorum Principum nomina & gloriam Poſteritati tranſmittunt, nulla ſint. Quantam, Nobiliſſime Seignelay, in omnium animis, tuæ virtutis & ingenii ſpecimina, expectationem tui concitarint; Quàm jure ex naſcentibus luminibus, quibus mens tua ornatiſſima perpetuò micat, Gallia intelligens Te maximi viri Parentis tui veſtigia preſſurum quondam, & quemadmodum Ille, publicam felicitatem, gloriàmque invicti Monarchæ noſtri, maximo ſucceſſu, pro viribus promoturum; Quàm jure, inquam, de Te ſibi Gallia gratuletur, oblatam hîc loci, prædicandi occaſionem,

quislibet alius procul dubio arripe-ret. Me quod attinet; juſtas illas omnium acclamationes publico, ſincero, ac ſummiſſo meæ in Te obſervantiæ ac fidelitatis teſtimonio, prævertiſſe contentus, acquieſco. Vale.

DE
GEOMETRIA
IN GENERE.

GEOMETRIA vox eſt Græca, quæ ex etymo Terræ menſuram ſignificat. Sed verò, hîc loci, intelligenda eſt hac voce, Mathematices pars præcipua, Scientia nimirum illa, cujus eſt objectum quantitas continua.

Quantitas continua ea eſt, cujus omnes partes junctæ ſunt, cujusmodi ſunt omnia extenſionum, magnitudinum, & dimenſionum genera.

Complectuntur autem hæ dimenſiones lineas, angulos, ſuperficies, corpora, quæ ſingula non ſecundùm materiæ qualitatem, ſed ſecundùm partium extenſionem tantùm, conſideranda ſunt.

Diſtinguitur Geometria in Theoreticam & Practicam.

Theoretica Geometria, eſt Scientia, quæ propoſitionum Geometricarum veritatem tradit & demonſtrat.

Practica verò eſt ars, manûs in agendo, & operando directrix & ductrix.

DE EJUS ORIGINE.

ORiginem ducit Geometria ab Ægyptiis. Illis eam iveniendi occaſio fuerunt frequentes fluminis Nili exundationes, quæ, deletis agrorum finibus, magnas inter ipſos confuſiones & contentiones pariebant. Itaque iſta Diſciplina, quæ, tunc temporis, tota in agrorum menſura verſabatur, ut ſua cuique conſtaret poſſeſſio, Geometriæ nomen inde ſortita eſt. Lapſu deinceps temporis, Ægyptiorum penitiori inquiſitione, ex mechanica olim Diſciplina, nata ſenſim eſt nobiliſſima illa ſcientia, quæ inter cæteras omnes meritò primas tenet.

DE EJUS UTILITATE.

NOn utilis tantùm, ſed verò etiam neceſſaria Geometria ducenda eſt; ut pote cujus ope Aſtronomi obſervationes ſuas conficiant, cælorum immenſam extenſionem dimetiantur, temporum tractus dignoſcant, aſtrorum motus, tempeſtatum, annorum, & ſeculorum ordinem aſſequantur.

Hujus ope à Geographis effectum eſt, ut vel uno oculorum ictu, Orbis terrarum magnitudinem ſtupendam, Marium extenſionem immenſam, Imperiorum, Regnorum & Provinciarum limites, nobis quietis & ſedentibus Liceat perluſtrare.

Ab ea regulas habent Architecti, quas in publicorum juxtà & privatorum ædificiorum extructionibus ſequuntur.

Ejus ope omnia ſua opera Machinarii conficiunt, locorum & urbium ichnographias deſcribunt, diſtantias locorum, illorum etiam ad quæ ſolis oculis pertingere licet, dimetiuntur.

Illis hanc diſciplinam familiarem eſſe oportet, qui ob generis ſplendorem, militiæ nomen dare tenentur. Etenim non ſolùm ad artem fortificatoriam, quæ modum tradit munimentorum extruendorum, quibus urbes muniantur, & machinarum fabricandarum, quibus illa munimenta quatiantur, introductio eſt; Verùm etiam mul-

ta è Geometria percipitur notitia rei militaris, multùm illa confert ad inſtruendam aciem, ad caſtra metanda & dividenda. Ea præterea docet, tabulas geographicas deſcribere, Urbium, Arcium, Caſtellorum ichnographias delineare, Locorum aditu facilium & inacceſſorum quaslibet diſtantias metiri; Et, ut uno verbo abſolvam, Ea efficit, ut ſe, qui caſtra ſequuntur, non minùs conſpicuos præſtent, ingenii ſolertiâ & dexteritate, quàm fortudine & corporis robore.

Eos omnes qui delineandi artem profitentur, ſaltem Geometriam delibaſſe par eſt, ut quos, ſine ejus ope, Architectonicæ & Optices ignaros eſſe oporteat; atqui ſine illis nulla eſt Ars eorum.

GEOMETRIÆ PRINCIPIA.

PRincipiorum genera ex quibus Geometria omnis derivatur, ſunt tria: *Definitiones*, *Poſtulata*, *Axiomata*.

Definitiones ſunt breves & dilucidæ vocum explicationes.

Axiomata ſunt ſententiæ per ſe ita manifeſtæ, ut de eorum veritate nullus ſanus dubitare poſſit.

Poſtulata ſunt, quæ facilè fieri poſſe per ſe ſit manifeſtum; & quæ proinde demonſtranda non ſunt.

DEFINITIONES.

PUNCTI DEFINITIO.

PUnctum eſt cujus pars nulla eſt.


Hac definitione patet, puncti nec longitudinem eſſe, nec latitudinem, nec profunditatem; Imò ne ſub ſenſum quidem cadere, ſed ſola cogitatione percipi; cum nihil ſub ſenſum cadat, quod idem non ſit extenſum, nulla autem extenſio ſine partibus; quod Definitioni mox allatæ repugnaret. Nihilominùs, cùm nulla operatio peragi poſſit ſine interventu rerum corporearum, punctum Mathematicum neceſſe eſt puncto Phyſicô deſignari, quod viſûs eſt objectum minimum, cui nulla eſt Geometrica magnitudo, quæ ſaltem ope ſenſuum dividi poſſit: quodque acûs, circini, calami aut ſtili acumine, notatur.

Centrum punctum eſt à quo deſcribitur circulus, peripheria, rectiùs: punctum, medium eſt figuræ, ut punctum B.

Punctum ſecans illud eſt, in quo duæ ſe mutuò lineæ interſecant. Vocatur vulgò punctum ſectionis C.



NOVA GEOMETRIA
PRACTICA.


A
C
C
B

LINEÆ DEFINITIO.

Linea eſt magnitudo tantùm longa.

Linea nihil eſt aliud quam tranſitus puncti ab uno loco in alium; quæ linea aciem oculorum fugeret, ni puncti phyſici motu deſcriberetur; ut A B, C D, E F.

Tot ſunt linearum genera, quot ſunt varii modi ſecundùm quos punctum moveri poteſt. Verùm duæ tantùm ſimplices & præcipuæ lineæ conſiderantur, Recta & Curva, *quibus tertia addenda quæ ex utraque conſtat,* Mixta.


Recta linea eſt quæ ex æquo ſuis terminis interjicitur.

Vel, eſt omnium breviſſima, quæ inter duo puncta duci poſſunt, ut AB.

Curva linea eſt, quæ ab utroque extremo deflexu uno vel pluribus recedit, ut CD.

Cùm iſta linea circino ducitur, circularis vocatur, ut E.

Mixta linea eſt, quæ ſimul recta eſt & curva, ut V.


A
B
C
D
E
F
C
D
V


Dividitur linea in finitam & infinitam, apparentem & occultam.

Linea finita eſt quæ certis terminis continetur, ut A.

Infinita eſt quæ certis terminis non continetur, ut. B.

Linea apparens, ſeu deſcripta, ea eſt quæ atramento aut ſtylo ducitur, ut AB.

Occulta, ſeu alba, ea eſt quæ circini acumine, aut punctulis deſignatur. Vocatur linea interpuncta, ut C.


A
B
C

Varias prætereà denominationes ſortitur Linea, ſecundùm varios ejus ſitus, ac proprietates.

PErpendicularis eſt linea recta, quæ in aliam ducitur, aut ex alia excitatur, angulos utrinque conſtituens æquales, ut AB.

Perpendiculum illa linea eſto, quæ ex ſurſùm deorſùm ducta, ſine ulla in utramvis partem inclinatione, per Mundi centrum tranſiret ſi in infinitum produceretur, ut C.


Horiſontalis linea eſt, quæ in æquilibrio poſita, in utramque partem ex æquo inclinat, ut DE.

Lineæ parallelæ eæ ſunt, quæ eodem ubique intervallo diſtant, etiamſi in infinitum producantur. H.

Obliqua linea eſt, quæ nec horiſontalis eſt, nec perpendicularis, ſed de utraque participat, ut FG.

Baſis ea eſt linea, cui Figura inſiſtere concipitur, ut IL.

Latera eæ ſunt lineæ quæ Figuram claudunt, ut INLM.


A
C
A
B
B
D
E
F
G
H
H
H
N
M
I
L

REctilineæ Figuræ diameter eſt recta, per angulos oppoſitos ducta. AB.

Diameter circuli eſt recta per centrum ducta, ad circumferentiam utrimque terminata, & circulum bifariàm dividens. D.

Linea ſpiralis eſt curva linea, quæ ducta à centro, ab eo, dùm circumducitur, ſemper re cedit. EF.


Chorda ſeu ſubtenſa eſt recta, quæ ad arcûs extrema utrimque terminatur, ut GH.

Arcus eſt circumferentiæ pars. GIH.

Ea Linea tangens dicitur, quæ Figuram quancunque tangit quidem, ſed producta non ſecat, LM.

Linea Secans ea eſt, quæ producta Figuram ſecat & pervadit. LO. MO.

Si duæ rectæ ſibi mutuò per extrema occurrant; fiet illud vel in directum, vel in indirectum. Si in directum; tunc earum altera producta, ſuper aliam tranſibit & unicam ambæ Lineam conſtituent; ſi non in directum, tunc illæ efficient angulum.


C
B
A
A
B
D
C
D
F
E
G
H
I
O
O
O
L
M
L
M

ANGULI DEFINITIO.

ANGULUS *eſt concurſus indirectus duarum linearum ad Punctum unum, ſeu potiùs, Angulus eſt ſpatium illud, quod inter duas Lineas ſibi mutuò indirectè occurrentes continetur, ut A, B, C.*

Cùm Lineæ ſibi indirectè occurrentes ſunt rectæ, vocatur ille, quem conſtituunt, Angulus rectilineus; cùm utraque linea eſt Curva, vocatur Curvilineus, cùm earum altera eſt curva, altera recta, vocatur Angulus Mixtilineus.

A. Angulus Rectilineus.


B. Angulus Curvilineus.

C. Angulus Mixtilineus.

Angulus rectilineus ex varia rectarum, quæ ipſum conſtituunt, inclinatione, diverſa nomina ſortitur, quippe, qui vocatur Rectus, acutus, obtuſus. Itaque iſta nomina *Rectilineus, Curvilineus, Mixtilineus* Linearum qualitatem exprimunt; at verò nomina *rectus, Acutus, obtuſus*, ſpatium, quod inter lineas angulum conſtituentes continetur, deſignant.

Rectus Angulus is eſt, cui à parte altera æqualis oritur, ſi unum latus produxeris.

Aliter. Rectus Angulus is eſt, cujus unum latus alteri lateri eſt perpendiculare, E D F.
Acutus angulus eſt qui recto minor eſt. EDG.
Obtuſus angulus eſt qui recto major eſt. FDG.
Litera in medio D. angulum denotat.


C
C
B
B
A
G
E
F
D

SUPERFICIEI DEFINITIO.

SUPERFICIES *duas tantùm habet dimenſiones, longitudinem & latitudinem.*

Superficies, ſecundùm Geometras, ex linea in ſe, vel in aliam ducta, producitur, quemadmodum ex puncto oritur linea. Concipe itaque Rectam E F. nulla accedente inclinatione, duci per F H. ad G H. orietur ſuperficies E F G H. quæ extenſio eſt lineis undique terminata, nullam habens profunditatem, ſed longitudinem & latitudinem tantùm. Vocatur autem illa extenſio ſuperficies, cùm ad extrema, ſeu terminos quibus circumſcribitur, non attenditur; figura, cùm ad terminos attenditur. Illi autem termini ſunt lineæ eam extenſionem ambientes.

Si ſuperficies in altitudinem excreſcit, vocatur convexa; ſi cava eſt, concava; ſi ex æquo inter terminos continetur, plana dicitur.

B Superficies Convexa.
C Superficies Concava.
A Superficies Plana.
D Superficies Convexa, concava & Plana.

Hujuſce libelli prima pars ſolius Superficiei planæ conſtructionem docet.

Terminus eſt rei alicujus extremum: Punctum eſt lineæ terminus: Linea Superficiei; Superficies eſt corporis terminus.


B
B
C
C
B
D
C
E
G
A
A
A
F
H

DE SUPERFICIEBUS SEU FIGURIS Rectilineis.

Superficies à vario laterum numero, diverſa etiam nomina ſortiuntur; ut,


A. Trigonus ſeu triangulus, fig. trium laterum.
B. Tetragonus ſeu quadratum, fig. quatuor laterum.
C. Pentagonus, fig. quinque lat.
D. Hexagonus, fig. ſex lat.
E. Heptagonus, fig. 7. lat.
F. Octogonus, figura octo lat.
G. Enneagonus, novem lat.
H. Decagonus fig. decem lat.
I. Hendecagonus fig. undecim lat.
L. Dodecagonus fig. duodecim lat.

Hæ omnes figuræ generaliori voce vocantur etiam Polygonæ.

DE TRIANGULIS.

Denominantur etiam trianguli vel ab angulis vel à lateribus; ut

M. Triangulus Rectangulus, unum habens angulum rectum.
N. Triangulus obtuſangulus, qui unum obtuſum.
O. Acutangulus, qui omnes habet acutos angulos.
P. Triang. Æquilaterus tria habens latera æqualia.
Q. Triang. Iſoſceles duo tantùm æqualia latera.
R. Triang. Scalenus tria latera habens inæqualia.


A
3
N
B
4
M
C
5
O
D
6
P
E
7
Q
R
F
8
H
10
P
G
9
I
11
L
12
Q

DE FIGURIS QUADRILATERIS.

A. QUadratum eſt figura quadrilatera, æquilatera & rectangula; ſeu quæ quatuor habet latera æqualia, æquales angulos quatuor.

B. Quadratum oblongum eſt ſuperficies rectangula, quæ quatuor quidem habet angulos rectos, ſed oppoſita tantùm latera æqualia.

C. Rhombus eſt, qui æquilaterus, ſed non æquiangulus eſt.

D. Rhomboides, quæ adverſa latera & angulos habens æqualia, neque æquilatera, neque æquiangula eſt.


A B C D. Parallelogrammum eſt figura Quadrilatera, cujus bina oppoſita latera ſunt parallela.

E. Trapezus qui duo tantùm latera oppoſita habet parallela, duo reliqua æqualia.

F. Trapezoides & latera & angulos habet inæqualia.

G. Cùm in parallelogrammo diameter ducta fuerit, duæque lineæ lateribus parallelæ, ſecantes diametrum in uno eodemque puncto; ſecatur totum in quatuor parallelogramma: appellantur autem duo illa per quæ diameter non tranſit, Complementa; duo verò reliqua per quæ diameter incedit, circa diametrum conſiſtere dicuntur; Eorum parallelogrammorum tria, nempe unum eorum quæ circa diametrum conſiſtunt, cum duobus complementis, figuram efficiunt quæ Gnomon vocatur; itaque tria parallelogramma H. I. L. ut & tria I. K. L. Gnomonem conſtituunt.

Cæteræ omnes figuræ quæ quatuor laterum numerum excedunt, generali appellatione multilateræ vocantur.


A
B
C
D
E
G
F
L
H
K
I

DE FIGURIS CURVILINEIS.

A. Circulus eſt plana ſuperficies, unius lineæ circuitu comprehenſa, quæ circumferentia dicitur, à qua ad aliquod punctum intra contentum, quod centrum dicitur, omnes quæ duci poſſunt rectæ lineæ, ſunt æquales.

a. b. c. d. Circumferentia eſt linea circularis quæ circulum terminat.


B. Ovalis figura eſt curvilinea, à pluribus centris deſcripta, quamque omnes diametri bifariàm ſecant.

C. Eſt & Eclipſis figura curvilinea à multis centris ducta, in ovi formam; eam diameter unica bifariàm ſecat.

D. Voluta eſt figura à linea ſpirali terminata.

E. Eſt figura Cylindrica.

F. Eſt figura Curva & irregularis, multis conſtans curvis lineis diſſimilibus.


A
D
A
B
B
C
C
F
D
E

DE

FIGURIS COMPOSITIS.

A. SEmicirculus eſt figura comprehenſa à Diametro & dimidia circumferentia.

B. Segmenta, ſeu Portiones circuli, ſunt partes, in quas circulum dividit recta circulum ſecans.

F. Magnum ſegmentum illud eſt, quod dimidio circulo majus.


G. Parvum ſegmentum, quod ſemicirculo minus.

C. Sector eſt pars circuli à duobus ſemidiametris & arcu (ſemicircumferentiâ majore vel minore) quem ſemidiametri intercipiunt, comprehenſa.

Eſt & magnus & parvus Sector.

D. Figuræ Concentricæ eæ ſunt quarum idem centrum eſt.

E. Figuræ excentricæ figuræ ſunt internæ à pluribus centris ductæ.


A
C
B
G
C
B
F
D
D
D
E
E

DE
FIGURIS REGULARIBUS
& Irregularibus.

A. FIgura regularis ea eſt quæ oppoſita latera & angulos, ſimilia habet & æqualia.

B. Figura irregularis eſt, quæ angulos & latera oppoſita habet inæqualia.

EE. Figuræ ſimiles eæ ſunt, quarum ſingula latera unius, ad ſingula alterius ſunt proportionalia; quamvis una earum ſit alterâ major vel minor, vel illi æqualis.


FF. Figuræ æquales eæ ſunt, quæ æquale ſpatium continent; eæ autem vel ſimiles vel diſſimiles eſſe poſſunt.

C. Figura æquiangula omnes angulos habet æquales.

EE. Figura una alteri æquiangula eſſe dicitur, cùm unius ſinguli anguli, alterius ſingulis ſunt æquales.

CD. Figura æquilatera omnia habet æqualia latera.

GG. Figuræ curvilineæ ſimiles dicuntur eæ, in quibus inſcribi & circa quas circumſcribi poſſunt ſimiles polygonæ.


A
B
C
20
20
20
10
20
20
D
E
E
G
G
F
36
9
9
4
46
F
36
6
6
6



AXIOMATA.

AXIOMATA.

I.

Per definit. circuli.

QUæ eidem ſunt æqualia, & inter ſe æqualia ſunt.

Lineæ A C, A C, quia æquales A B, æquales ſunt inter ſe.

II.

Si æqualibus addas æqualia, tota erunt æqualia.

Lineæ A C, A C ſunt æquales;
additæ C D, C D pariter ſunt æquales;
totæ A D, A D erunt æquales.

III.


Si æqualibus demas æqualia, quæ remanebunt erunt æqualia.

Si lineis æqualibus	A A, D D.
demas partes æquales	A C, A C.
partes remanentes	C D, C D.
erunt æquales.	

IV.

Si inæqualibus addas æqualia, tota erunt inæqualia.

Si inæqualibus lineis	D E, D E.
addas æquales	A D, A D.
totæ	A E, A E.
inæquales erunt.	


I
II
III
IIII

V.

Si inæqualibus demas æqualia, quæ remanebunt, erunt inæqualia.

Si inæqualibus lineis	AE, AE.
demas æquales	AD, AD.
quæ remanebunt lineæ	DE, DE.
inæquales erunt.	

VI.

Quæ ejuſdem ſunt dupla, inter ſe ſunt æqualia.


Quoniam rectæ	DD, DD.
duplæ ſunt rectæ	AD.
inter ſe ſunt æquales.	

VII.

Quæ ejuſdem aut æqualium ſunt dimidia, inter ſe ſunt æqualia.

Lineæ	AD, AD.
quæ dimidia ſunt linearum	DD, DD.
ſunt inter ſe æquales.	

Porrò iſta axiomata non minùs de numeris, de ſuperficiebus & ſolidis, quàm de lineis vera ſunt.


E
D
A
V
VI
VII
16
12
8

POSTULATA.

POSTULATA QUÆ
Ad praxim requiruntur.

POSTULATUM I.

A Quolibet puncto A, ad quodlibet punctum B, ducatur recta AB.

PRAXIS.

Applica regulam ad puncta A & B
Duc quæſitam AB
quod ut fiat, duc juxta regulam calamum aut ſtilum à puncto A
uſque ad punctum. B


POSTULATUM II.

Producatur in infinitum recta CD, per D.

PRAXIS.

Applica Regulam ad lineam CD.
Protrahe in infinitum dictam CD
quod fiet, calamum ducendo juxta regulam, à D versùs E

POSTULAT


A
B
C
D
E
A
B

POSTULATUM III.

Centro A, & intervallo *AB.*
deſcribe circulum *ABCD.*

PRAXIS.


Circino cape intervallum AB.
Circinum ita move, ut immoto mucrone A.
mucro B.
circumagatur.
Emerget quæſitus circulus BCD.

POSTULATUM IV.

A datis punctis E & F, Sectionem facere.

PRAXIS.

Aperiatur circinus utcunque; ita tamen ut mucronum diſtantia ſit major dimidiâ diſtantiâ, quæ inter duo puncta data E & F. intercedit.
Eo circini intervallo
à puncto E deſcribe arcum LM.
A puncto F deſcribe arcum HI.
Fiet ſectio G.
quæ quærebatur.


C
B
D
A
M
I
G
H
L
É
F́

LIBER PRIMUS
DE
LINEARUM
DESCRIPTIONE.

LIBER PRIMUS.

PROPOSITIO I.

E puncto dato in recta perpendicularem excitare.


HYPOTHESIS.

Sit C. datum punctum in media recta AB. è quo excitanda perpendicularis.

PRAXIS.

Per4. poſtul.	A Dato puncto	C.
	deſcribe utcumque ſemicirculum	DE.
	A punctis	D & E.
	fac ſectionem	I.
	A puncto	C.
	duc petitam rectam	CO.
	per ſectionem	I.

Erit recta C O, ad datam rectam perpendicularis & è puncto dato C, excitata.


O
I
A
D
E
B
C

PROPOSITIO II.

Ex extremitate datæ rectæ, perpendicularem excitare.


Sit A datum punctum rectæ AB. è quo puncto excitanda ſit perpendicularis.

PRAXIS.

SUmatur utcunque puctum	C.
ſupra rectam	AB.
A quo puncto	C.
intervallo	CA.
deſcribatur arcus	EAD
Duc rectam	DCE.
per puncta	D & C.
Duc lineam quæſitam	AE.
Illa erit perpendicularis rectæ	AB.
& quidem ex extremitate	A.
excitata.	

Aliter.

A puncto A deſcribe arcum	GHM.
A puncto G deſcribe arcum	AH.
A puncto H deſcribe arcum	AMN.
A puncto M deſcribe arcum	HN.
Duc quæſitam	AN.


E
C
B
A
D
N
M
H
F
A
G
B

PROPOSITIO III.

Super dato Angulo, rectam conſtituere, quæ in neutram partem inclinet.


Sit B A C datus angulus, ſuper quo conſtituenda recta, quæ in neutram partem inclinet.

PRAXIS.

AB angulo dato	A.
deſcribe utcunque arcum	BC.
A punctis ſeu extremis	B & C.
fac ſectionem	D.
A puncto, ſeu dato angulo	A.
duc rectam quæſitam	AD.
per ſectionem	D.

Recta	A D.
ſuper angulo	B A C.

conſtitata, in neutram partem inclinabit.


D
A
C
B

PROPOSITIO IV.


Ex dato, extra rectam datam, puncto, perpendicularem ducere.

Sit punctum C. ex quo ducenda perpendicularis in A B.

PRAXIS.

A Puncto dato	C.
deſcribatur utcunque arcus	D E.
ſecans rectam	A B.
in punctis	D & E.
Ab illis punctis	D & E.
fac ſectionem	F.
Duc rectam	C F.

Dico rectam	C O,
eſſe quæſitam.	


C
A
D
E
B
O
F

PROPOSITIO V.

Per punctum datum ducere parallelam ad rectam datam.

Sit punctum A per quod ducenda parellela ad rectam B C.

PRAXIS.


DUc utcunque obliquam	A D.
A puncto	A.
deſcribe arcum	D E.
A puncto	D.
deſcribe arcum	A F.
Sume arcum	D G.
æqualem arcui	A F.
Dico quæſitam lineam eſſe	M N.
per puncta ductam	A & G.

Aliter.

A puncto A. deſcribe arcum	E F G.
qui rectam tangat.	B C.

Eodem circini intervallo,

A puncto H, deſcribatur arcus	L R I.
(punctum A. ſitum ſit utcunque in recta B C.)	
Duc quæſitam	O P.
per punctum	A.
tangentem arcum	L R I.


M
E
A
N
G
B
D
F
C
O
A
R
P
E
G
I
B
F
L
H
C

PROPOSITIO VI.

Datam rectam finitam bifariàm ſecare.

HYPOTHESIS.

Sit A B recta finita bifariàm ſecanda.

PRAXIS.


A puncto ſeu extremitate A.
Deſcribe arcum C D.

Eodem intervallo,

A puncto B.
Duc arcum E F.

Requiritur ut duo illi arcus ſe interſecent;

Duc rectam G H.
per ſectiones G & H.
Dico A B in puncto O.
bifariàm diviſam.


C
E
G
A
O
B
H
D
F


PROPOSITIO I.

Datum angulum rectilineum bifariàm ſecare.

Sit BAC. angulus bifariàm ſecandus

PRAXIS.

AB angulo	A.
deſcribe utcunque arcum	DE.
E punctis	D & E.
fac ſectionem	O.
Duc rectam	AO.
Dico angulum datum	BAC.
à recta	AO.
bifariàm ſecatum.	


A
D
E
B
C
O

PROPOSITIO VIII.

Dato angulo rectilineo, ad punctum datæ rectæ, æqualem angulum rectilineum conſtituere.

Sit A. rectæ extremitas, ad quam angulus ſit conſtituendus dato CDG. æqualis.


PRAXIS.

Ex angulo	D.
deſcribe utcunque arcum	CG.

Eodem intervallo.

A puncto, ſeu extremitate	A.
deſcribe arcum	HO.
Duc arcum	HE.
æqualem arcui	CG.
Duc rectam	AE.

Dico angulum	BAE.
æqualem	CDG.
Q. E. F.	


D
A
O
G
E
C
H
B

PROPOSITIO IX.


Datam rectam in quotlibet partes æquales ſecare.

Sit recta AB in ſex partes æquales ſecanda.

PRAXIS.

AB extremitate A.
duc rectam utcunque A C.
Ab extremitate B.
pag. 54. duc rectam B D.
parallelam rectæ A C.
A punctis A & B.
& ſuper rectis A C, B D.
ſume utcunque ſex partes æquales; quales ſunt
E F G H I L ſuper recta A C.
R Q P O N M ſuper recta B D.
Ducantur rectæ E N, F O, G P, H Q, I R.

Dico rectam A B. diviſam in ſex partes æquales, in punctis ſectionum S. T. V. X. Y,


A
B
C
D
E
F
G
H
I
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y

PROPOSITIO X.

A dato puncto rectam ducere, quæ datum circulum tangat.


Sit A punctum, à quo ad circulum D O P, tangens ducenda.

PRAXIS.

Pag. 58.

A Centro circuli	B.
Duc ſecantem	B A.
Bifariàm ſeca	B A.
in	C.
A quo puncto	C.
intervallo	C A.
deſcribe ſemicirculum	A B D.
qui datum circulum ſecet in	D.
A dato puncto	A.
duc rectam	A E.
per punctum	D.

Dico rectam	A E.
tangentem eſſe quæſitam.	


O
P
B
C
A
D
E

PROPOSITIO XI.

Ad datum, in circumferentia, punctum tangentem ducere.


Sit datus circulus A B C, in cujus circumferentia ſit datum punctum A.

PRAXIS.

A Centro	D.
ducatur recta	DE.
per datum punctum	A.
Ad datum punctum	A.
ſuper rectam	DF.
duc perpendicularem	AH.
productam in	I.

Pag. 46.

Dico rectam	HI.
eſſe tangentem quæſitam	


C
B
D
E
A
H
I
F


PROPOSITIO XII.

Dato circulo cum tangente, contactûs punctum invenire.

Circulum ABC tangat recta GH, punctum contactûs inveniendum.

PRAXIS.

A Centro circuli F.
duc perpendicularem FC.
ſuper tangentem DE.
Dico rectam FC.
per punctum contactûs tranſire.


A
B
F
G
C
H
D
E

PROPOSITIO XIII.

Super data recta lineam ſpiralem deſcribere.

Sit I L recta, ſuper qua ſpiralis linea deſcribenda.


PRAXIS.

MEdiam rectam I L;
pag. 62. in tot æquales partes divide, quot in linea ſpirali circuitus eſſe vis.

EXEMPLI GRATIA.

ſi quatuor circuituum eam eſſe vis,

Divide B I.
dimidium rectæ L I.
in quatuor partes æquales B C E G I.
Præterea B C.
pag. 65. biſariàm ſeca in A.
A quo puncto A,
deſcribe ſemicirculos B C, D E, F G, H I.
A puncto B.
deſcribe ſemicirculos C D, E F, G H, I L.
Habebis ſpiralem quæſitam.


L
H F D B A C E G I

PROPOSITIO XIV.


Inter data duo puncta, duo alia ex æquo & directè interjacentia deſignare.

Sint data duo puncta A & B. inter quæ duo alia ſint deſignanda directè interjacentia, quorum ope à puncto A ad B, Regulâ quæ ſit totâ diſtantiâ AB brevior, recta duci poſſit.

PRAXIS.

A Punctis	A & B.
fac ſectiones	C & D.
Rurſùs, à punctis	C & D.
fiant ſectiones	G & H.
Dico	G & H.

puncta eſſe quæſita, quorum ope expeditè ducatur recta, à puncto A. ad B, Regulâ, toto intervallo AB. breviori.


D
M
A
H
E
F
G
B
N
C
A
B
H
G

LIBER SECUNDUS
IN QUO
PLANARUM FIGURARUM
CONSTRUCTIO TRADITUR.

LIBRI SECUNDI

PROPOSITIO I.


Super data recta finita triangulum æquilaterum conſtituere.

Sit AB recta ſuper qua conſtituendus triangulus æquilaterus,

PRAXIS.

AB extremitate	A.
intervallo	AB.
deſcribatur arcus	BD.
Ab extremitate	B.
intervallo	BA.
deſcribatur arcus	AE.
A puncto ſectionis	C.
ducantur rectæ	CA, CB.

Dico ABC triangulum eſſe æquilaterum, illum ipſum, qui quærebatur


D
E
C
A
B

PROPOSITIO II.

Ex datis tribus rectis, quarum duæ quælibet reliquâ ſint majores, triangulum conſtituere.


Sint rectæ datæ A, B, C, triangulus conſtituendus, cujus ſingula latera, ſingulis datis A, B, C. ſint æqualia.

PRAXIS.

DUcatur recta	DE.
æqualis rectæ	AA.
A puncto	D.
intervallo	BB.
deſcribatur arcus	GF.
A puncto	E.
intervallo	CC.
deſcribatur arcus	HI.
A ſectione	O.
Ducantur rectæ	OE, OD.

Dico triangulum DEO, tribus rectis conſtare, æqualibus datis.

Notandum porrò, quod in aſſertione ſubmonuimus, trianguli conſtructionem eſſe impoſſibilem, ni duæ quælibet ex datis rectis reliquâ ſint majores.


A B C
F
O
H
C
I
G
D
E
B
A

PROPOSITIO III.


Super data recta finita, quadratum conſtituere.

Sit recta A B ſuper quâ quadratum ſit conſtituendum.

PRAXIS.

P. 48. EXcitetur perpendicularis	A C.
A puncto	A.
deſcribatur arcus	B C.
A punctis	B & C.
intervallo	A B.
fiat ſectio	D.
A quo puncto	D.
ducantur rectæ	DC, DB.

Dico ABCD eſſe quadratum quæſitum.


C
D
A
B


PROPOSITIO IV.

Super recta data Pentagonum ordinatum conſtruere.

Sit recta data A B, ſuper qua conſtruendus ſit pentagonus ordinatus.

PRAXIS.

P. 48.	AB extremitate	A.
P. 56.	intervallo	A B.
P. 46.	deſcribe arcum	B D F.
	Excita perpendicularem	A C.
	Dividatur arcus	B C.
	in quinque partes æquales	I D L M.
	Duc rectam	A D.
	Baſim	A B.
	bifariàm ſeca in	O.
	Excitetur perpendicularis	O E.
	A puncto ſectionis	E.
	intervallo	E A.
	deſcribatur circulus	A B F G H.
	Transfer quinquies rectam	A B.
	in circumferentiam circuli, fiet pentagogonus ordinatus, æquilaterus	A B F G H.


G
F
5
C
4
I
H
D
3
E
L
2
M
1
A
O
B

PROPOSITIO V.


Super data recta Hexagonum ordinatum conſtituere.

Sit recta A B ſuper qua Hexagonus ſit conſtituendus.

PRAXIS.

AB extremitatibus	A & B.
intervallo	A B.
deſcribantur arcus	A C, B C.
A ſectione	C.
deſcribatur circulus	A B E F G.
Datam	A B.

ſexies in circumferentiam transfer ; habebis Hexagonum ordinatum A B E F G D. ſuper datâ recta A B conſtitutum.


G
F
C
D
E
A
B

PROPOSITIO VI.

Super data recta quemlibet polygonum conſtituere, ab Hexagono ad Dodecagonum.

Sit data AB, ſuper qua conſtituendus ſit hexagonus, heptagonus, octogonus, aut quilibet alius uſque ad dodecagonum.

PRAXIS.

pag. RECtam AB bifariàm ſeca in O.
56. Excita perpendicularem OI.
pag. A puncto B deſcribe arcum AC.
46. Arcum AC.
divide in partes æquales ſex MNPQR.

Hoc peracto, heptagonum hac ratione cbtinebis.


A puncto C. intervallo unius partis CM.
deſcribatur arcus MD.
A centro D. ille qui deſcribetur circulus, ſepties capiet rectam AB.

Octogonus verò ita conſtruetur.

A puncto C, intervallo duarum partium CN.
deſcribatur arcus NE.
Erit E centrum à quo deſcriptus circulus intervallo EB. octies rectam capiet AB.

Si quæratur Enneagonus.

Sumatur intervallum trium partium CP.
& ita deinceps CQ, CR.
ita ut præcedentibus ſemper nova particula arcûs A adjiciatur.


I
H
G
F
E
D
C
L
M
N
P
Q
R
1
2
3
4
5
6
O
A
B

PROPOSITIO VII.

Super data recta quemlibet Polygonum conſtituere à 12. uſque ad 24. latera.

Sit data A B ſuper qua conſtituendus ſit quilibet Polygonus.

PRAXIS.


ARcum A C.
in partes æquales duodecim divide.
A puncto C.
tot partes in C A ſumantur ſupra duodecim, quot opus eſt, ut tot partes habeantur quot latera quæruntur.

EXEMPLI CAUSSA.

Si quæratur figura quindecim laterum.

A puncto C.
intervallo trium partium C E.
Deſcribatur arcus E O.
Partes A C ſunt duodecim ; C O verò ſunt tres, quæ omnes ſimul ſumptæ æquantur 15.
A puncto O intervallo O B.
Deſcribatur arcus B F.
A puncto F intervallo F A.
deſcribatur circumferentia ; illa quindecies rectam capiet A B.

Res ita in cæteris polygonis procedet


24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
D 12
F
G
O
C
E
A
I
B


PROPOSITIO VIII.

Super data recta ſegmentum ſeu portionem circuli deſcribere, cui inſeri poſſit angulus dato angulo æqualis.

Sit recta finita A B ſuper qua deſcribendus ſit arcus cui inſeri poſſit angulus dato angulo C. æqualis.

PRAXIS.

P. 60.	FAc angulum	BAD.
P. 48.	æqualem angulo	C.
	E puncto A in	AD.
P. 56.	excita perpendicularem	AE.
	Rectam	AB.
P. 44.	bifariàm ſeca in	H.
	Super B A è puncto ſectionis H, excita perpendicularem	HF.
	E puncto ſectionis	F.
	intervallo	FA.
	deſcribatur portio circuli	AEB.
	Erunt quilibet anguli ſuper data	AB,
	& portione circuli contenti, æquales dato angulo	C.


E
F
B
H
A
D
C


PROPOSITIO IX.

Dati circuli centrum invenire.

Sit circulus A B C, cujus inveniendum ſit centrum.

PRAXIS.

	DUcatur utcumque recta	A B.
p. 56.	quæ intra circumferentiam terminetur.	ABC.
Ibid.	Rectam	AB.
	bifariàm ſecet recta	DC.
	Rectam	CD.
	bifariàm pariter ſeca in	F.
	Dico punctum	F.
	eſſe centrum dati circuli	ABC.


C
F
A
B
D


PROPOSITIO X.

Incoeptam circumferentiam cujus ignoratur centrum abſolvere.

Sit A B C circumſerentiæ cujuſcunque data particula ; hujus inveniendum centrum, abſolvi ut poſſit.

PRAXIS.

TRia puncta	A, B, C,
in circumferentia incœpta ubicunque deſignentur.	
A punctis	A & B.
fiant ſectiones	E & F.
Ducatur recta	E F.
A punctis	B & C.
fiant ſectiones	G & H.
Ducatur recta	G H.
A puncto interſectionis & centro	I.
intervallo	I A.
abſolvatur circumferentia.	


H
B
C
E
G
I
F
A
H
C
B
G
E
I
F
A

PROPOSITIO XI.


Per data tria puncta circumferentiam ducere.

Sint A, B, C. tria data puncta, per quæ circumferentia ſit ducenda.

PRAXIS.

A Datis punctis A, B, C.
